



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Frequens confessio & communio & collocutiocum Patre Spirituali, &
diligentior Dei cultus, ac meditatio rerum diuinorum, cuius adolescenti
necessaria, maximè de statu religioso deliberanti. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

secum dat Deo, in illo Ordine quem amplectitur, tanquam dotem sponsa sua Religioni.

CAPV. DECIMVM QVINTV M.

Frequens confessio & communio, & collo-
cuto cum Patre spirituali, & diligenter
Dei cultus, ac meditatio rerum diuin-
narum, cuius adolescentii necessaria,
maxime de statu religioso deliberant.

Tertius modus faciendo bonum, necessarius
tei, qui vult ingredi Religionem, est fre-
quenter confiteri & S. Eucharistiam suscipere.
Quod si quaras, quam frequenter id facendum
sit. Respondeo, saltem quavis hebdomada id est fa-
ciendum, duas ob causas.

Primo, Ut beneficio horum Sacramentorum
praeferueris a lapsu in peccata mortalia, quorum
habes quotidiana occasionem manendo in
seculo. Inter effectus enim SS. Eucharistie, ut ait
S. Bernardus, vnuis est praeservare hominem a
confusione in peccatum graue. Sedat enim, inquit
S. Cyrilus, cum in nobis maneat Christus, sauentem
membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, as
perturbationem animi extinguit. Et S. Thomas per
sanctam Eucharistie dicit, carnis somnium minu. Fomes
autem, est causa multorum peccatorum. Et quā-
vis multi post suscepunt Eucharistiam, soleant
labi in peccata mortalia, ex libertate proprii arbitrii, & mala consuetudine, tamen in multo
plura laborentur, si SS. Eucharistiam ratiū sus-
cipienterius beneficio, vii & confessionis,
lenis minuitur peccatorum numerus, & tandem homo, peruenit ad viuendum sine ullo
peccato mortali, ut docet experientia multorum,
qui deuote accedunt ad sacra communio-
nem, & ea suscepunt, diutius se continent in
oratione & gratiarum actione, & non proripi-
unt se statim ad profana negotia studiorum,
vel colloquiorum non necessiorum, vel ad
otium & recreaciones inanis. Et ita verificatur
illud dictum S. Ambrosij, citatum a S. Augusti-

no: Christi caro damnat peccatum, quod nascendo non
sensit, qui moriendo crucifixit, ut in carne nostra, esset
iustificatio per gratiam, ubi erat ante collusio per cul-
pam.

Secundo. Necessaria est frequens confessio &
communio, ad conseruandam gratiam voca-
tions, & ad obtinendum facilis & ciuius in-
gressum in Religionem. Mouetur enim Deus
ad hoc, dum videri pie & deuote frequentari ob-
eius amorem, & studium perfectionis vita, haec
saluberrima Sacraenta: per quae, cum augen-
tur gratia, fit homo magis Deo acceptus, ac
proinde mouet Deum, ut cum magis amet, &
in bono promoveat. Delectatur enim Christus
D. magnopere, cum Sanctissimum eius corpus
sumitur in sacramentali communione. Decla-

tauit hoc ipse S. Gertrudi Benedictina, quae com-
dixisset Domino: Quid in me omnium creaturarum
peripsemate poteris inuenire, in quo taliter delecteris,
& hoc amplexibus & osculo sponsali blandi talis equi-
parare digneris? Respondit Dominus: Hoc inquit, quod insinuau-
toies metib[us] communico in Sacramento altaris. Et in piet[er]o.

hoc ego in infinitum plus delector, quam omnes similes
qui inuicem in humilitate amplexibus & osculo sum
delectati, potuerunt experiri. Nam delectatio ampli-
xum & oscularum humanorum, vilis est, & cum
tempore transiit, statuas vero inuicem illius, qua ego
me tibi comunico per Sacramentum Altaris, no-
bilitissima est, nec inuicem deficit aut iepescit, sed
quantiq[ue] sepius reuocatur, tunc efficacius vigeret in atter-
num.

Quartus modus faciendo bonum necessarius
ei qui vult ingredi Religionem, est, ut frequen-
ter aeat suum Confessarium, vel alium Direc-
torum vocationis sua, & cum eo colloquatur
de rebus spiritualibus. Hoc enim modo agendo
cum illo, tria consequetur bona. Primo, Con-
stans permanebit in sua vocatione, & animabi-
tur contra tentationes, quae tunc exurgere so-
lent. Secundo, magis ac magis accendet ad vo-
cationem executioni mandandam. Tertiū, exci-
tabitur ad vitam in seculo purius & perfectius
instituendam: atque hac ratione se inclinat dis-
ponet ad ingressum Religionis. Nam sicut cor-
pus indiget sensibili cibo, inquit S. Chrysostomus,
ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refo-
cillatione: ut roborata aduersus carnis insultus, & con-
tinuum bellum quo vrgemur, resistere posset: quod peri-
culum sit, ne in seruitutem redigatur anima, si vel pa-
rum desideri effici voluerimus. Proinde B. Moyses dicit:
Cum comedere & biberis & satiatus fueris, memor
est D. Dei tui. Vides, quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibam, spirituale
coniuicium proponi, (clicicet, colloquium, de eo
enim ibi loquitur) ut non post satietatem cibi corpo-
ralis, anima torpere & deses fieri incipiens, in perniciem
aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus,
qui nullo non tempore obseruat, num ferire commodat
queat.

Præterea, cum is qui vocatur ad Religio-
nem, debeat in seculari statu existens, disponere
se ad talem viuendi modum, qualem debet te-
nere post ingressum in Religionem, cum ibi de-
beat sapere adire Patrem suum spiritualem, pro
colloquuis spiritualibus, hoc ipsum nunc in-
choet, dum viuunt in seculo, quia magis indiget
eius spirituali ope, quam in Religione, ob maiori
periculis & occasionses peccatorum quae sunt
in statu seculari. Sicut nanus perito gubernatore in-
fructa, inquit S. Iohannes Climacus, facile ad por-
tum peruenit, sic animam quæ pastorem bonam dele-
gerit, licet per se rudius est, (vt sunt ordinarii secu-
lares iuuenes) aut etiam virtus prauisque moribus
onusta facile verum coelestis gloria portum assequi. Ve
contrafacie qui ductore careat, etiam si sapiens sit, sape
zamen errat in via; sic qui suam voluntatem ac audi-
cium

lamb.
depot.
tp. 2.
deg. 1.
cor. 1.
hac.

cum in hac via spirituali sequi decernit, licet omnem
omnium sapientiam solum obtineret, facile tamen in
anima exitium ires.

^{203.} Quintus modus faciem di bonum necessarius ei
qui vult esse Religiosus, est, perfectius (quam
soleant coetanei lui, vel socij, vel condiscipuli,
non habentes animum se Religiosae vita addi-
cere) colere Deum, in rebus ad immediatum
Dei cultum spectantibus, vt sunt Missa, rosa-
rium, litanie, examina conscientia, meditatio-
nes. Hæc perfectior ratio colendi Deum in re-
bus supradictis, in his sita est.

Primi. Ne vlo die omittatur auditio Missæ,
recitatio saltem unius coronæ vel tertiae parti-
tolarij, & examen conscientia ante somnum.

Secundi. Ne tempore Missæ, litaniarum, quic-
quam fiat quod possit esse malo exemplo alijs,
vt esset colloqui vel potius garrare cum aliquo
de rebus tunc non necessariis, ridere, circum-
spicere, aspicere fœminas, sedere, dormire, &
fletere per modum stipitis, nol tunc orando.

Tertii. In his actionibus cum magna reuel-
rentia, & deuotione externa, (non affectata tam-
men, nec vana) orando voce, vel meditando
mente, vel pias preces ex libello aliquo legen-
do, persistere.

Quarti. Non querere Sacerdotes qui bre-
vius semihora sacrum absoluunt, sed sine tædio
audire sacra longiuscula, sicut sine tædio manen-
tut in prandis longioribus, quam soleat sacramen-
tum. Ut autem hæc omnia bene peragantur, is
qui vult ingredi Religionem, petat se instruere
a suo Patre spirituali, quomodo supradicta bene
expedire possit, vt postquam fuerit Religionem
ingressus, etiam ibi continuet modum bene au-
diendi Sacrum, bene recitandi suum Rosarium,
bene conscientiam examinandi, bene meditandi.
Hæc enim præcipua sunt in statu Religioso:
votorumque obseruatio, & Regularum illius
Ordinis, quem quis ingreditur, & actionum ad
Dei cultum immediatum spectantium, pia &
deuota executio. Ad quam adhuc in seculo manen-
tendo, debet assuecere, ne post ingressum sen-
tiet difficultatem in talibus rebus: cum non sint
defutura alia difficultates, ex ipsa ratione sta-
tus Religiosi prouenientes.

^{204.} Ego sane aduerteri, in is qui habent excellen-
tem vocationem ad statum Religiosum, eos lo-
cole esse valde deuotos, & non contentos esse
auditione Missæ, sed diutius quotidie, & in
templo, & domi orare, quam soleant alijs. Ideo
tales ordinariè post ingressum in Religionem,
& adhuc in seculo manentes, vitam quodam-
modo Angelicam agunt. Nam vt bene expertus
dicit B. Laurentius Iustinianus: Optimè comi-
tantur orantes, Angeli, quoniam orationis instantia (id
de triumph. Christi a-
gone. c. 6.) est diuturnitas seu frequentia) qua purè exhibe-
tur Altissimo, sicut Angelorum est opus, ita Angelicum
deprecantis facit animum. Vnde Sancti Angeli non im-
merit exultant atque famulantur orantibus, cum ra-

tionales spiritus corruptibili natura restitos, aspicimus,
supra celorum altitudinem ascendere in spiritu, il-
losque, et si non tam perfectè in terris agere, quod ipsi
absque defecta vlo aut temporis intervallo in celo per-
ficiunt.

Sed non sint contenti oratione vocali, & re-
citatione rosarij, verum assuecant meditari
mente postquam edocti fuerint meditari à suo
Patre spirituali. Quod si non habebunt aliud
tempus, saltet tempore Sacri quod audient
quotidie, pīj aliquid meditentur. Exempli gra-
tia,

Die Dominicæ, de Christi Domini incarnatione, quomodo ex amore nostri factus sit homo,
& nostra humanitat donauerit suam Diuinitatem, vniendo illam inseparabiliter cum nostra
humanitate, vt nos doceret, esse secum liberales,
vt etiam nos donemus Christo Domino, animam & corpus nostrum in eius obsequium,
nunquam ab illo separando ilud, per peccatum
mortale.

Die lunæ, de Christi Nativitate, quomodo pauper nostri causa factus est, & ne locum qui-
dem in diversorio habuit, vt eum, in paupertate
imitetur.

Feria tertia, de Christi fuga in Ægyptum,
quomodo tui causa hoc exilium passus sit, in
tenello corpore, & in aliena terra manerit, per
septem, vel ut alijs putant, per nouem annos, de-
clining iram Herodis; vt te doceat, pro amore
Dei patram deserere, & alibi habitare, vbi Su-
periores volent, quando Religiosus eris, et si in-
commoda foret habitatio, que nunquam tam
incomoda erit, vt istabulum, in quo natus est,
& domus in Ægypto, vbi exul per mansit tam-
diu.

Feria quarta, de vita Christi quam tenuit vlti-
mis tribus annis, prædicando, docendo, modo
in Iudea, modo in Galilæa, conuersando cum
omni genere hominum, vbiique tamen viuen-
do sancte, & irreprehensibiliter, & gloriam Pa-
tris sui propagando: vt tu eum in his imiteris, &
facias propria, similiiter conuersandi, quando
à tuis Superioribus ad id applicaberis.

Feria quinta, de institutione & præsentia SS.
Eucharistie tibi in cibum data, vt illam sepe
sumendo conserues in te vitam gratis, pecca-
to mortali contraria, & robustus sis contra ten-
tationes mundi, carnis, & dæmonis, & crescas
semper proficiendo in virtute, hos enim effec-
tus in corpore producit cibus naturalis, vt in
anima cibus spiritualis similes efficiat.

Feria sexta, de passione Domini, quanta Chris-
tus pro te passus est conuictus, contumelias, op-
probria, irrisiones, flagella, falsa testimonia, ini-
quas accusationes magnorum virorum, ini-
quam sententiam Pilati, & tandem mortem, vt
his exemplis exciteris ad omnia aduersa tole-
randa, & nunc dum es in seculo, & postea in
Religione; nulli malum pro malo reddendo,
omnia

omnis pacate, sine querelis, & sine impatientia supportando, propter Christum maiora pro te passum.

Sabbato, de B. Virgine, considerando potissimum in ea quod nunquam Deum villo peccato contritauit & offendit. *Secundo*. Quod omnia opera fecit sanctissime & perfectissime. *Tertio*. Quod cum summa edificatione conuersata est cum omnibus. *Quartu*s. Quod ad nullam huius mundi rem habuit affectum inordinatum. Ut tu in his eam imiteris, & facias proposta singulis diebus, Christum & B. Virginem imitandi in his que de eis meditaberis.

^{205.} Sic etiam quodidie assuecas examineare conscientiam tuam antequam eas cubitum, genibus flexis, saltu per unum circiter quadratum faciendo haec.

*Primu*s. Gratias age Deo pro beneficiis omnibus communibus, (vti sunt creatio, redemptio tui, Christi sanguine & morte peracta, institutio SS. Eucharistiae & alia) ut pro personalibus tibi concessis, quae diversa sunt pro diversitate personarum. Nominatim vero age Deo gratias, pro patientia quam habuit vel habet tecum, tolerando tot tua peccata, & non puniendo te statim ob illa; pro præseruatione a peccatis, quia plura fecisti si te non præseruasset item pro præseruatione tui a multis calamitatibus, morborum, pestilentia, & variorum accidentium, quibus multi alii exagitati & mortui sunt item pro beneficiis illius dici inter que unum est, prorogatio tuæ vitæ & sanitatis, facta illo die, item pro beneficio vocationis, quæ te vocat ad Religionem age gratias.

Secondo. Pete a Deo gratiam cognoscendi & videnti cognita peccata, eo die & alias commissa.

Tertiu. Inspice qua in re offendisti Deum incipiendo a nocte præterita, postea discurrendo per singulas totius diei actiones, an cogitatione, vel verbo, vel opere Deum offenderis.

*Quatu*r. Posce veniam de commissis & agnitis peccatis, dolendo de illis.

*Quintu*s. Propone emendationem, & suo tempore confessionem admislorum peccatorum.

In fine die Pater noster, & Ave Maria, & pro defunctis Psalmum aliquem, vel Pater noster, & pro existentibus in peccato mortali, ut Deus eos conuertat & saluet, tertium Pater & Ave.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Lectio libri spiritualis frequentanda, occasiones peccatorum vitande, & loca periculosa, & cogitationes mala ipso insito repellenda, ac temptationibus resistendum, modis infra explicandis.

Extus modus faciendi bonum, necessarius ei

206.

qui vult ingredi Religionem, est lectio ali-

euus libri spiritualis, per quam & conseruetur

desiderium ingrediendi Religionem, & mun-

dum deferendi, & anima a peccatis arreatur, &

inflammetur ad studia virtutis. Tales libri sunt,

Thomas de Kempis de imitatione Christi, Pla-

tus de bono statis Religiosi; omnia opera spi-

ritualia Ludouici Granatenensis; Omnia opera Frâ-

cisci Arias, Dionysius Carthusian. de Quatuor

nouissimis; Stimulus virtutum Baldesani: Al-

phabetum Christi & diaboli Ioannis Nieze: Vi-

tae Sanctorum, præsertim illius Ordinis ad quæ

aspiras: Opera omnia spiritualia Ludouici Blofij

& his similes, quorum lectio accedit voluntate

ad odium omnis peccati, & ad amorem

virtutis. Alij vero libri qui etsi titulos speciosos

præferant rerum spiritualium, sed magis cu-

riofratem alunt, & pascunt solum intellectum,

legendi non sunt ab iis, qui volunt se excitare

lectione, ad studia pietatis & virtutis. Ut autem

haec lectio proficit, lente, non festinante, legen-

dum est, & cum quadam pausa ac quiete, post

lectam unam periodum, considerando, breuiter

quidem, sed profundè, quærum verum & necessa-

rium sit id, quod in proxima periodo, una vel

pluribus, legisti, & excitando in te affectum, ex-

equendi illud bonum, quod illa periodus com-

mendat, vel vitandi illud malum, quod illa

damnat, & sic perge ad reliqua legenda. Expedi-

tit etiam non mutare libros, sed accepto uno,

per partes illum absoluere pluribus diebus vel

hebdomadis. Et, si fieri potest (poterit autem si

volueris) quotidie saltem per quadrantem horæ

legas aliquid p[ro]pij, hoc, vt dictum est, modo.

Quod non erit difficile, si illum quadrantem,

quem consumis quotidie, in garriendo domi

vel extra domum, de rebus non necessariis, de-

deris p[ro]lectioni, vel illum, in quo nil agendo,

otiaris. Tempus autem bonum pro tali lectione,

est illud ante scholas. Item illud post scholas

ante coenam. Immod[er]ato legendu prophanos autho-

res, dirige lectionem ad motum tuorum emen-

ditionem & perfectionem, vti suadet ethnicus

Plutarchus: Animaduerte, inquit, non tantum Phi-

losophorum (idem autem iudicium est de histori-

cis, de oratoribus, de Poëtis bonis & honestis)

scripta legendo, aut orationibus eorum audiendis, ne sis

verbis magis, quærum rebus attenus: neque maiori im-

petu feraris ad ea, in quibus aliqua subtilitas & curio-

de cogn.

profect.

sa